



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

De prædicatione in templo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

*DE DIE PALMARVM.**Math. 21.*

Primò: præcepit Dominus adduci asinam, & pullum (Soluite & adducite mihi, & si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia dominus his opus habet, & confestim dimittet eos.)

Secundò: asinam conscendit, apostolorum vestibus instratam.

Tertiò: Excepturus eū populus, cum veniret obuiã, vestimentis suis, & ramis arborum sternebat viam & canebat. (Osanna, filio David, benedictus qui venit in nomine domini, Osanna in altissimis.)

*DE PRÆDICATIONE**in templo. Luc. 19.*

Primò: docebat quotidie in templo.

Secundò: finita prædicatione in

Betha-

Bethaniã redibat, nemine apud Hierosolymam ipsum excipiente.

DE COENA VLTIMA.

Math. 26. & Ioan. 13.

Primò ; comedit cum discipulis paschalem agnum, eosque de imminente sua morte præmonuit : (amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est.)

Secundò: lauit eorum, Iudæ quoque ipsius pedes, Incipiens à Petro : qui ad maiestatem CHRISTI, & indignitatem suam respiciens, sese opponerat. (Domine tu mihi lauas pedes?) Ignarus scilicet præberi à Domino exēplum humilitatis, ita postea declarāte : (Exemplum enim dedi vobis, vt, quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.)

Tertiò: sanctissimum Eucharistię Sacramentum instituit, in signū sum-

H mæ di-